Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Contra monachos [illegible] [illegible]

et peccata uelociter peruenienti. et uelociter incipienti et perficienti. Multi
enim ad monasterium ueniunt ut peccata plangant et uiuant. Quia autem male in
ceperunt et male consumant. Hii sunt qui semper uagi et numquam stabiles.
semper cum non habent quod uolunt murmuriosi et detractores dispensatoribus
atque fratres suos iniuriis afficientes. moribus indisciplinati. gestu
et actu inordinati. habitu elati. bonis sibi prestitis semper ingrati. Isti
brauium eterne beatitudinis non merebuntur habere. quia in stadio mandatorum
dei gressum rectum figere noluerunt. Istis enim forma sanctitatis ad
profectum iam non erit. quia eos morum prauitas per inobedientiam confundit.
In istis talibus uerba uerba Christi non manent. quia cum Christi precepta sciunt uel
audiunt. uanitati deputant. iussa domini contempnentes. cenacula uen
tris amantes. ipsum unum esse deum omnipotentem scilicet et uentrem deum col
tibus malicie et nequicie (colunt) perficientes et odientes proximum. abnegantes
dominum ihesum Christum non obseruantes quod coram omnibus sanctis in die confessionis
sue promiserunt illi. Noluit ergo qui talis est se esse dampnandum ab eo
quem irridet. Alius ad monasterium uenit ut peccata que commisit in seculo
punire deleat in eo. Sed postquam ingressus fuerit. non solum que commisit
dolendo non plangit. sed insuper alia forsitan grauiora committit. Peccata [illegible]
magno dolore compungitur magnoque pudore [illegible]. quod peccata que fecit
bene uiuendo non deleuit. sed forsitan enormiora admisit. tunc ad
memoriam reuocat quanta in peccatoribus sit seueritas iudicis. quanta in
ipsis dampnatis sit pena dampnationis. Insuper considerat quanta sit mi
sericordia redemptoris circa penitentes. benignitas erga recte uiuentes.
Tunc omne malum quod fecit enumerat. tunc tristia quoque ante oculos [illegible]
uat. doloribus agitatur timore supplicii angustatur. quantis artari in
ipsis penis inferni pertimescit. tantisque etiam ignibus sulphuris perhor
rescit. tunc nichil quod delectet aspicit. triste est omne quod occurrit.